

# humanitas

Vol. III

IMPrensa DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA  
COIMBRA UNIVERSITY PRESS

FACULDADE DE LETRAS DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA

INSTITUTO DE ESTUDOS CLÁSSICOS

---

# HVMANITAS

VOLUME III



**COIMBRA**

MCML - MCMLI

## Ad Matrem

*Non satis donis cumulauit amplis  
te Deus, mundi dominator aequus:  
non hic extremi tua praedicatur  
palma tropaei.*

*Per diu forsán patieris imbres:  
te dies spectant sine nube puri,  
quos ut attingas tibi Rector aeui  
proroget annos.*

*Te licet duri quatiant labores,  
te premat quamuis fragilis senecta,  
non tamen mortis sopor, ante, uitae  
lumina claudet,*

*quam reportatos numeres triumphos,  
quam polum cernas radiis nitentem,  
ac laborantem uideas carinam  
tangere portum.*

*Tunc mori posces et ad astra tolli:  
nec tamen terrae morieris: mille  
nam tibi passim pietatis usque  
pignora surgent.*

*Hoc, Parens, serua tibi cordis omen:  
aeui tas multis comitetur annis  
patria donec ualeas superna  
laude beari.*